



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

prehenditur ex naturali æquitate, quamvis possit secum quodammodo dispensare, dum ipse vult contrahere *Suar: de leg.*

15: Sicut autem Legislatoꝝ solutus est, ita Augusta per se loquendo iis subjecta manet *L. fin: Cod. de leg.* cessant quippe in Augusta rationes, quæ tantam dedecent Principis auctoritatem, illa præsertim condendæ legis, quæ in solo Principe locum habet, solumq; Principis privilegio *L. Princeps. ff. de leg: (planè licet Augusta legibus soluta non sit, Princeps tamen illi eadem privilegia tribuit)* aut regnorum quorundam morib<sup>9</sup> ab earum observatione eximitur, *cap. dilecti de arbit: quorum ratio, quia cum uxores splendeant honore mariti, L. Fœmina. ff. de Senatu: indignum lex æstimavit marito in altissimo honoris gradu collocato uxoris dignitatem pariter non concrefcere, L. si liberam. Cod. de nuptijs.*

16. Communis DD. est assertio constitutiones civiles Laicorum, quæ generaliter ab omnib<sup>9</sup> ob publicam utilitatem & quietem latae sunt circa materiam ad secularem jurisdictionem spectantem, directè Clericos non adstringere, sed indirectè